



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

199. Prior doctrina confirmatur similitudinibus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

dicunt illi : Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum jejulant (frequenter, *Matth. 9. v. 14.* & obsecrationes faciunt, *Luc. 5. vers. 33.*) tui autem discipuli non jejulant? *Marc. 2. v. 18.* Tui autem edunt & bibunt? *Luc. 5. v. 33.*

II. Et ait illis Iesus : Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? *Matth. 9. v. 15.* Numquid possunt filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, jejulare? *Marc. 2. vers. 19.* Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejulare? *Luc. 5. v. 34.* Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejulare, *Marc. 2. v. 19.*

III. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus : *Matth. 9. v. 15.* *Marc. 2. v. 20.* & cum ablati fuerit ab illis sponsus, *Luc. 5. v. 35.* tunc jejunabunt in illis diebus. *Marc. 2. v. 20.* *Luc. 5. v. 35.*

MEDITATIO CXCIX.

Didagma V. Prior doctrina confirmatur similitudinibus.

I. **D**icebat autem & similitudinem ad illos : Quia nemo commissuram (panni rudis, *Matth. 9. vers. 16.*) à novo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin

quin & novum rumpit, & veteri non con-
venit commissura à novo. *Luc. 5. Vers. 36.*
Tollit enim plenitudinem eius à vestimen-
to, & pejor scissura fit. *Matth. 9. & 16.* Ne-
mo assumentum panni rudis assuit vesti-
mento veteri : alioquin aufert supplemen-
tum novum à veteri, & major scissura fit.
Marc. 2. & 21.

II. Et nemo mittit vinum novum in
utres veteres : alioquin rumpet vinum no-
vum utres, & ipsum effunderur, & utres
peribunt. *Luc. 5. & 37. Marc. 2. & 22. Matth.*
9. & 17. Sed vinum novum in utres novos
mitti debet : *Marc. 2. & 22. Luc. 5. & 38.*
Matth. 9. & 17. & utraque conservantur.
Luc. 5. & 38. Matth. 9. & 17.

III. Et nemo bibens vetus, statim vult
novum, dicit enim : Vetus melius est. *Luc.*
5. Vers. 39.

MEDITATIO CC.

Didagma VI. De resurrectione mortuorum.

I. **A** Men, amen dico vobis, quia qui ver-
bum meum audit, & credit ei, qui mi-
sit me, habet vitam æternam, & in iudicium
non venit, sed transijt à morte in vitam.
Amen,